



SONCHUS asper. *ibid.*

*Sonchus asper.* DOD. *pempt.* 643. BLAKW. *herb.* t. 30. OED. *flor. dan.* t. 843.

*Sonchus oleraceus* γ. LINN. *syst. veg.* 712.

RECEPTAC. ante plenam maturitatem concavum, papillis depressis minutissimis conspersum. Semina (a. A. B.) obovata, compressa, striis 3. l. 5. longitudinalibus exarata, aliisque transversalibus obsoletioribus atque tenuissimis cancellata, e luteo-ferruginea, aut cinnamomea. Pappus capillaris, sessilis, niveus, femine triplo longior. Cum his ad amissim congruunt femina *S. levis*.

*S. palustris* femina, ibidem repræsentata, omittimus, utpote dubia.

DCCCCX. HIERACIUM. TOURN. t. 267. LINN. *gen.* 913.

Calyx polyphyllus, imbricatus squamis lineari-oblongis inæqualibus. Thal. scrobiculatus, scabriusculus. Pappus sessilis, setaceus, denticulatus, rigidiusculus.

HIERACIUM Pilosella. Tab. 158. fig. 3.

*Pilosella major.* BLAKW. *herb.* t. 365.

*Hieracium foliis integerrimis ovatis subtus tomentosis, stolonibus repentibus, scapo unifloro.* LINN. *syst. veg.* 716.

REC. ante plenam maturitatem planiusculum, scrobiculatum, & ex scrobiculorum marginibus denticulatis asperum; postea vero subglobosum, pulvinatum, papillosum, & inter papillas fetulis minimis conspersum.

SEM. columnaria, apice obtusa, angulata, fulcata, atra, sublucida.

Pappus sessilis, setaceus, denticulatus, subfragilis, sordide albicans, persistens.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

EMB. albicans. Cotyl. oblongæ. Rad. conica, non discreta.

\*

a.) Calyx maturus. B.) Receptac. immaturum. C.) Idem maturum d. D.) Semen integrum.

Ex aliis generibus Linnæanis huc omnino spectant: *Leontodon aureum*, & *Hypochæris pontana*. Contra autem eliminanda sunt: Hier. *Taraxaci*, quod secundum ALLIONI observationes, ad *Viream* pertinet; & Hier. *sprengerianum*, quod ob pappum stipitatum plumosum, *Helmintiæ* species est.

## T R O X I M O N.

Calyx oblongus, conicus, simplex, aut imbricatus squamis inæqualibus. Thal. nudus, puncticulatus, glaber. Pappus sessilis, pilosus.

Hujus

Hujus loci sunt Tragop. *dandelion*, *virginicum* & *lanatum*. LINN. plantæ a Tragopogonis caractere generico multum discrepantes & ab avtoptis curatius scrutandæ.

**DCCCCXI. ANDRYALA. LINN. gen. 915. Eriophorus. VAILL.**

Calyx ovato - cylindricus, duplici serie polyphyllus, æqualis, tomentosus. Thal. alveolatus, pilosus. Pappus pilosus, sessilis.

ANDRYALA integrifolia. Tab. 158. fig. 4.

*Sonchus lanatus. DALECH. hist. 1116.*

*Andryala foliis inferioribus runcinatis, superioribus ovato - oblongis tomentosis. LINN. syst. veg. 720.*

REC. planum, alveolatum, marginibus alveolorum ciliatis, ciliis fetaceis prælongis.

SEM. columnaria, angulata, striata, fetis thalami paulo breviora.

*Pappus sessilis, pilosus, obsolete denticulatus, basi connatus, caducus, albicans.*

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

EMB. semini conformis, albicans. *Cotyl. oblongæ. Rad. brevis, non discreta.*

\*

a. b.) Calyx integer & dissectus. C.) Receptac. pars insigniter aucta. d. D.) Semen separatum.

b. *stipitato.*

**DCCCCXII. LACTUCA. TOURN. t. 267. LINN. gen. 909.**

Calyx oblongus, polyphyllus, imbricatus squamis inæqualibus acuminatis margine scariosis. Thal. excavato - punctatus, glaber. Pappus stipitatus, capillaris, mollissimus, fugax.

LACTUCA Scariola. Tab. 158. fig. 5.

*Lactuca agrestis. CORD. hist. 157. b.*

*Endivia major lactucina spinosa. BARR. ic. 135.*

*Lactuca foliis verticalibus carina aculeatis. LINN. syst. veg. 713.*

REC. planiusculum, excavato - punctatum, glabrum.

SEM. ovata, utrinque attenuata, compressa, striis septem crenulatis longitudinalibus exarata, e ferrugineo nigricantia.

*Pappus stipitatus, capillaris, mollissimus, fericeo - albus, semini æqualis, fugax. Stipes fetaceus, longitudine feminis.*

INT. duplex: exterius subcrustaceum, durum.

Tom. II.

Z z

EMB.